



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

IV. Practicæ Resolutiones circa prædicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

lato in communi viuunt ex tacita, vel expressa Pontifici Summi facultate, quamuis professionem non emittant.

27. *Novitius apud Monasterium delictum commisit, deseruit postea Religionem, nec habet sacros Ordines, nec beneficia fruitur: potest ne hic à laica potestate ob illud delictum tempore nouitatus commissi iudicari, ac puniri?* Non potest; quia tempore delicti à laica erat immunis potestate. Secus qui partrato apud seculum delicto, Religiosum habitum assumpsit, qui quidem non gaudet priuilegio fori, si ad Religionem fuit admissus non adhibita inquisitione, an aliquod delictum commisit? An ære teneatur alieno? Sic Sixtus V. decreuit.

28. *Quinam Clerici in criminalibus fori immunitate non gaudent?* Ecclesiasticus degradatus, & Curia traditus seculari. Perpetuò exilio mulctatus ab Ecclesiastico iudice. Bigamus. Prima tonsura, aut minoribus Ordinibus initiatus, tonsuram, & habitum Clericalem non deferat, Clericus qui minores Ordines intra annum à morte sui Episcopi cum litteris dimissoriis Capituli accepit. Item Clericus flagrans in crimine deprehensus à laicis capi potest, vt Superiori Ecclesiastico consignetur. Præterea Clericus debitor fugiens vel fugam meditatus, aut aliena bona asportans, vel sua debito adstricta, potest capi à seculari, modò animo tradendi Ecclesiastico iudici detineatur.

## CAPVT IV.

*Praxis circa materiam de Ecclesia immunitate et Societatis I E S V schola.*

§. I. 29. **P**riuilegium quo à legibus & iurisdictione Principum secularium eximuntur Ecclesiastici, à quoniam iure est De Pri-  
uilegio  
exceptio-  
nis à le-  
gibus &  
Gabel-  
lis.  
Saar.  
A iure diuino immediatè concessum, & à iure Canonico postea stabilitum cui etiam ius Ciuile accessit, vt ait Bellarminus. Habuerunt illud Clerici ante tempora Constantianorum patet ex Conc. Carthaginensi III. Non possunt Principes hoc priuilegium reuocare: imò nec Summus Pontifex ei potest renuocare; quia ipse non est dominus absolutus bonorum & iurium Ecclesie, sed solum dispensator. Porro nulla consuetudo, quamuis immemorabilis, potest huic priuilegio derogare; quia, vt bene Suarez, contra Ecclesiasticam libertatem nulla præscriptio.

Examen III. De Immunit. Ecclesiastica. 689

30. Reges & Principes habent ne ius conuocandi Episcopos, & eis precipiendi? Non habere Azorius affirmat, posse tamen eos rogare, & vocare vt Proceres.

31. Decet ne Regios Magistratus in Cancellarijs Bullas Apofolicas examinandas detinere? Minimè; vt *Filliucius* asserit. *Filliuc.* Sunt quidem recognoscendæ, & discutiendæ, cùm dubitatur de subreptione, aut falsitate, sed ab Ecclesiasticis iudicibus.

32. Est ne Principis secularis curare, vt Episcopi suis in Ecclesijs resideant? Non; quia nullam in Clericos habent potestatem. Possunt tamen Pontificem monere, vt curet disciplinam Ecclesiasticam ab Episcopis obseruari. Sic *Azorius*. *Azor.*

33. Scio Clericos in sacris constitutos, & Religiosos per se negotiari non posse, per alios non prohiberi: rogo num qui tantum habent beneficium, nec sunt in sacris, possint per se negotiari? Secutus *Molinam*, inclinor eos mortaliter non delinquere. *Molin.*

34. Clerici ne prima tonsure gaudent exemptione gabellarum? Dixi gaudere ex iure communi. At quibusdam in Regnis ex consuetudine scira, & approbata Clerici minorum Ordinum non eximuntur, authore *Vasquez*, nisi actu habeant beneficium. Nouitij Religionum (ait *Sanchez*) sunt exempti à gabellis; quia sunt pars communitatis Ecclesiasticæ. *Vasq. Sanchez.*

35. Principes imponentes gabellas iustas super bona Ecclesiasticorum, incurrunt ne Bulla Cœna censuram? Incurrunt; (ait *Suaris*), quia excommunicatio fertur in eos, qui imponunt gabellas nisi in casibus à iure permissis. *Suar.*

36. Clerici negotiatores amittunt ne priuilegium exemptionis à gabellis? Amittere affirmo cum *Lessio*, postquam ab eis gabellam exigi, non autem, vt innui, ante trinam monitionem. *Less.*

37. Sunt ne Clerici aut diuino aut humano iure exempti à civilibus legibus, quæ cum Ecclesiastica libertate non pugnant? Minimè. Ideo si Clerici vendunt framentum ultra pretium taxatum, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur, *Sala* authore. Non potest tamen (inquit) iudex laicus illos punire ob illarum legum transgressionem defectu iurisdictionis, etiam quando pœna exigenda est de plano, & sine alia controuersia iudiciali. Et quamuis iudex Ecclesiasticus (cum *Vasquez* loquor) Clericum non condemnet in pœnam legis laicalis, non potest hanc ideo ab illo iudex laicus exigere; quia Ecclesiastici mitiori sunt pœna puniendi. *Vasq.*

38. Omnes ciues contribuunt ad sternendam lapidibus viam.

**Molin.**

*qua ante ianuam ipsorum: tenentur ne Ecclesiastici simul tribuere. Ex Molina respondeo teneri. Si tamen nolint, non posse à iudice seculari cogi, sed per Ecclesiasticum id fieri debere.*

**Salas.**

39. *Index laicus Clericum inuenit pecunias, aut frumentum è Regno contra leges exportantem: potest ne ea illi auferre? Non posse, inquit Salas, quia non habet potestatem coërcitiuam in Clericos. Imo nec Clericus (eodem authore) cum armis prohibitis in flagranti crimine comprehensus potest à seculari ministro expoliari, sed tantum ad Ecclesiasticum duci. Nec falsa mensura (addit Vasque) triticum, vel oleum vendens potest à iudice seculari puniri.*

**Vasq.**

40. *Possunt ne imponi gabella super bona Ecclesiasticorum publica id necessitate exigente, quando agitur de necessitate communi tam Ecclesiasticorum: quàm laicorum? Respondeo ex Lessio imponi posse: sed tunc requiri deliberationem, & consensum vtrorumque; quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Talis autem necessitas non est in reparatione pontium, murorum & similibus.*

**Less.**

41. *Quid si Clerus in casu quod debet nollet consentire? Possent laici auxilium Superioris Ecclesiastici implorare, vt Clericos compellat; quia eo ipso quod persona Clerici est exempta à iurisdictione seculari, exempta sunt etiam eius bona siue patrimonialia, siue donata, siue empta, siue alio titulo acquisita, nisi annexam habeant gabellam aliquam inuariabilem, & perpetuam, vti Lessius affirmat.*

**Less.**

42. *Potest ne Clericus se submittere regali iurisdictioni quoad bona patrimonialia? Non; quia (vti ait Laymannus) & hæc gaudent priuilegio exemptionis, cui ille cedere nequit.*

**Sanch.**

43. *Ecclesiasticus impedit, vel usurpat iurisdictionem secularem, aut alia regalia: potest ne propterea à iudice laico bonis temporalibus priuari? Sanchez non posse affirmat, ob defectum iurisdictionis in bona, æquè ac in personam.*

**Filliuc.**

44. *Potest ne index laicus exigere gabellas à colonis Regularium? Minimè; quia prædia Regularium sunt ab hoc onere exempta. Tenentur tamen (asserit Fillicius) coloni soluere gabellam ex fructibus collectis, si eos aliò transferant, aut alienent; tunc enim laicalia bona censentur.*

**§.2.****De im-****munita-****tefori.****Molina.**

45. *Episcopi ne è Ecclesiastici qui que possunt à Principe aut eius Consiliariis Regni pelli tanquam seditiosi, & pacem Reipublice perturbantes? Affirmat Molina haud pelli posse nisi de*

Examen III. De Immunit. Ecclesiastica. 691

de Pontificis summi licentia, aut nisi tanta urgeat necessitas, ut sit evidens in mora periculum.

46. *Necessum ne ad priuilegium fori, ut Clericus non solum pallium, sed & togam usque ad talos ferat?* Assero ex Molina sufficere, si eo utatur vestium genere ut iuxta Prouinciarum usum a videntibus possit Clericus iudicari. *Quid si dubitetur, an habitus sit Clericalis, nec ne?* Cognitionem idem Doctor ad Ecclesiasticum iudicem spectare affirmat. Molin.

47. *Clericus qui habet pensionem super aliquo beneficio loco tituli, gaudet ne tanquam beneficiatus priuilegio fori?* Gaudet (Suarius ait) sicut & Capellanus, cui Capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata. Secus autem si habeat Capellam amouibilem; hæc enim propriè beneficium non dicitur.

48. *Dixisti Tertiarios S. Francisci, &c. Si collegialiter uiuant, gaudere priuilegio fori: rogo num Tertiaria eodem priuilegio gaudeant?* Gaudent si cœlibem vitam uouerunt expressè, etiam si in domibus propriis habitent. *An Eremitæ?* Non, nisi qui sub obedientia Episcopi alicui loco sacro, vel Ordini speciatim addicti sunt, uti Coninch affirmat. Conin.

49. *Vxor ne Sacerdotis Græci, vel Latini Clerici minorum Ordinum gaudet priuilegio fori?* Cum Sanctio gaudere sentio, si gaudet vir; quia vxor ratione matrimonij forum viri sortitur, nisi alteri nubat. Sanch.

50. *Clericus sine habitu & tonsura grauissima crimina perpetrans potest ne à seculari iudice puniri?* Ante trinam monitionem non potest. Qui verò (addit Suarius) aliquando dimittit habitum, & tonsuram, non ideo amittit priuilegium fori, nec est à iudice seculari puniendus. Suar.

51. *Clericus commisit delictum, & postea duxit uxorem, vel est Clericus coniugatus fruens priuilegio fori, sed postea fit bigamus: rogo, num ob delictum antea commissum possit à seculari iudice puniri?* Minimè; quia, ut Sanchez ait, tempus commissi criminis debet spectari. Sanch.

52. *Si Clerici in Regalibus debitis possunt in seculari Curia conueniri, vndenam hoc sit supposito priuilegio fori?* Respondet Suarius, ex eo quod bona Regalia Clericis, cum hac tantum conditione conceduntur. In feudalibus autem potest coram laico Clericus conueniri; quia non subiicitur ut persona Ecclesiastica, sed tanquam Dux, Marchio, &c. Suar.

53. *Clericus, qui patitur ab Ecclesiastico iudice violentiam, potest ne ad laicum recurrere?* Quando ad talem vim reprimendam

mendam Ecclesiasticus iudex non adest: aut si adfit, non vult reprimere, speculatiuè loquendo, potest. Alioquin non licet iudici seculari causam Ecclesiasticam ad se euocare, & vim Clerico propulsare illatam. Sic *Suarus*.

Suar.

54. *Constitutio Gregorij XIV. de immunitate Ecclesie derogat ne priuilegijs Principum, iuri communi, & consuetudinibus?* Derogare *Filliucius* docet; quia Pontifex illum per modum vniuersalis legis promulgauit.

S. 3.

De laicorum Principum statutis.

55. *Quid sentiendum de laicorum Principum statutis a Summo Pontifice contra Ecclesiasticam immunitatem?* Sunt planè vel quando Ecclesia, seu personæ Ecclesiasticæ prohibentur, aut impediuntur vti rebus, seu facultatibus sibi à iure concessis; vel quando tolluntur priuilegia ipsis concessa à Deo, Pontifice, vel Principibus secularibus: vel quando ipsi timidiore efficiuntur: vel quando deterioris conditionis quàm laici efficiuntur. Sic iurisperiti. *Suarus* docet qualibet statutum laicorum, si efficiant Clericorum mentionem, inualida esse.

Suar.

Nec refert fundari in vtilitate publica; quia cum hoc debeat in omnibus inueniri, etiam omnes possent Clericos illic ligare. *Filliucius* asserit, si Princeps statuatur, ne quis priuilegijs fruatur ij, qui subditi non sunt, contra libertatem Ecclesiasticam facere; quia de iure communi Clerici frui possunt priuilegiorum alicui communitati cõcessorum beneficio. *Azor*

Filliuc.

Azor.

affirmat priuilegium à Principe, vel Republica Clericis semel concessum non posse amplius reuocari: & statutum abrogans huiusmodi priuilegium Ecclesiasticam immunitatem violare. Adiiicio legem inualidantem donationem omnium bonorum factam à patre filio Clerico, multis Doctõribus consentientibus, contra immunitatem Ecclesiasticam esse; quia non potest lex ciuilis hanc præsumptionem inducere, vt alienatio bonorum facta in fauorem Ecclesie, fieri videatur in fraudem fisci. Fateor contrarium à *Vasquez* affirmari. *Azor* scribit statutum prohibens, ne vinum aut frumenta extra territorium exportentur, Clericos non comprehendere; quibus licet exportare fructus ex suis prædijs collectos. Addit statutum, quo Princeps cauet, ne quis sine sua facultate adeat possessionem alicuius beneficij esse contra immunitatem Ecclesiasticam, nisi Princeps ex priuilegio Romani Præfulis habeat collationem beneficiorum, vel priuilegium, vt in sua ditione nullus externus beneficium obineat.

Vasq.

Azor.

Suar.

*Suarus* existimat Principes prohibentes laicis ne vendant Ecclesiasticis, ne molant, coquant panem, &c. in excommunicationem incurrere; quia hoc Ecclesiasticæ derogat libertati.

Examén III. De Immunit. Ecclesiastica 693

Ex eodem Doctore statutum, ne immobilia alienentur in extraneos, Ecclesiasticos aduersatur eidem libertati; nullo enim iure nec naturali, nec diuino id prohibetur, imò nec humano. Adhuc *Suarus* existimat Principem secularem posse impedire, ne fiat iuramentum, si tamen fiat, esse obseruandum nisi Episcopus relaxet. *Reginaldus* opinatur Principes, aut Magistratus non posse disponere de iis, quæ ad funera, & exequias pertinent in iis quæ spectant ad Clerum, vel cultum diuinum; posse tamen prohibere abusum, & luxum circa funeris pompam. *Comitobus* denique affirmat Principem, vel Republicam statuentem, ne in suo dominio Ecclesiæ vel Monasteria construantur sine sua licentia, immunitati Ecclesiasticæ derogare, & edicto Constantini Imperat, quo concessit facultatem ædificandi Ecclesias per totum Orbem; vnde ita statuentes sunt excommunicati.

Regin.

Comit.

56. *Potest ne iudex Ecclesiasticus consuetudine, & præseriptione acquirere iurisdictionem in laicos?* Posse asserit *Sanch.* Quod si dubium sit, cuius sit iurisdictione; iudex maior, id est, Ecclesiasticus, cognoscit. *De iudice Ecclesiastico.*

57. *Ad quemnam pertinet quæstio iuris circa decimas?* Ad solum Ecclesiasticum pertinere asserit *Fagunde*. In quæstione autem facti iudex competens erit; est enim mixti fori. Cognitionem verò decimarum, quæ secularibus in feudum datæ sunt, solius Ecclesiastici iudicis esse idem *Doctor* existimat: & laicum conductorem decimarum apud solum iudicem Ecclesiasticum conueniendum esse.

index in Laicus

58. *Ad quemnam iudicem spectat sponsalium causa?* *Sanch.* docet ad solum Ecclesiasticum, præcipuè quando de illorum valore agitur. *Sanch.*

59. *Quando Clericus Clericum instituit heredem, vel laicus testamentum ad pias causas condidit: ad quemnam iudicem testamenti pertinet publicatio?* Ad Ecclesiasticum cum affirmo pertinere. *Molin.*

60. *Num possit Ecclesiasticus iudex de causa laici simul delinquentis cum Clerico cognoscere?* Posse asserit *Laymanus*; cum enim Ecclesiasticus iudex sit dignior laico, ipsius erit utrumque reum iudicare. *Laym.*

61. *Ecclesiastici iudices negligentes sunt, ex. gr. in Clericis puniendis, & causis huiusmodi cognoscendis: possunt ne iudices seculares huic muneris incumbere?* *Laymanus* non posse.

694 *Moralis Theologia Tract. VI. Statu,*  
posse affirmat; quia nullo in casu potest laicus iudicare non  
subditum.

62. *Num licita auocatio causarum spiritualium ad laica  
Tribunalia?* Verita planè Bullà Cœnæ sub censura; etiã si  
ab aliis iudicibus Ecclesiasticis auocetur, quàm à iudicibus  
Sedis Apostolicæ. Sic *Filliucius*.

Filliuc.

Azor.

63. *Potest ne Ecclesiasticus index punire laicos concu-  
binarios?* Posse assero cum *Azor*. post primam quidem ad-  
monitionem pœna pecuniaria, pœna verò excommunica-  
tionis post tertiam. Scio concubinatum esse mixti fori deli-  
ctum.



## EXAMEN IV.

De statu Ecclesiastico circa materiam de  
Ecclesiarum, seu Templorum  
immunitate.

### CAPVT PRIMVM.

#### *De libertate Templi.*

1.  *Vid Ecclesia, seu Templi immunitas? Exemptio*  
seu priuilegium Ecclesiis materialibus conce-  
sum, vt ad eas confugientes à laica sint tuti po-  
testate. Quæ quidem immunitas humano iure  
concessa fuit Templis Christianorum, aliisque locis religio-  
sis: Atque valde iuri Diuino conformis.

2. *Capi ne potest in Ecclesia existens? A potestate laica*  
minimè, obsideri tamen potest extra Ecclesiam, vt capiatur  
postquam fuerit egressus; quia sic loci sacri immunitas non  
violatur.

3. *An possint Ecclesiastici iudici seculari resistere conuicti*  
*reum à sacro loco extrahere?* Possunt censuris deterrendo, clau-  
dendo ianuas, laicorum auxilium implorando, vtendo opera  
Clericorum nondum sacris initiatorum ordinibus. Ipsi ta-  
men Ecclesiasticis non licet arma capere, ad iudicem secula-  
rem arcendum; ne occasio scandali exhibeatur.

4. *Iudex autem secularis impedire, vt reo in Templo exi-*  
*stenti, vestes, alimenta, & alia necessaria ad vitam deferantur?*  
Non